

XXII. EBVRVM (Evoli). Tribu Fabia.

Eburinos Plinius 3, 11, 98 inter Lucaniae populos recenset, neque eo, quod idem Lucaniae finem Silarum ait (supra p. 1), Eburinos ad Campaniam reicere cogimur; intellexit enim sine dubio ostia Silari, quae terminare potuerunt tam regiones illas quam territoria Paestanorum et Picentinarum, mediterraneis Eburinis quamquam trans Silarum degentibus nihilominus Lucaniae relictis. Praeter Plinium Sallustius hist. 3, 67 *nanctus*, inquit, (*Spartacus*) idoneum ex captivis ducem Picentinis, deinde Eburinis iugis occultus ad Nares Lucanas atque [inde prima luce pervenit ad Anni forum ignaris cultoribus]. Fuisse Eburum ibi ubi nunc

est Eboli sive Evoli oppidum cum ex nomine intellegitur tum ex titulo n. 451 unico quem inde habemus, sed qui satis adumbret rei publicae formam. Ibi quamquam municipium dicitur, tamen fuit sub duoviris. Tribus intellegitur cum ex titulo domestico n. 451 tum ex laterculo urbano vol. VI n. 3884, 1, 26, in quo recensetur *C. Granius C. f. Fab. Priscus Ebur.*

Adieci titulos paucos repertos in oppidis vicinis Campagna et Olevano. Illius enarrator Nicolaus DE NIGRIS (*istoria della città di Campagna. Neapoli 1691. 4. pp. 256*) quas commisit ineptas fraudes vide in falsis.

450 [=99] litteris aevi sequioris. Rep. Eboli *nella contrada Scardalana* cum strata est via Paestana AVG. Nunc Eboli penes Antonium Romanum. Ab altera parte est n. 454.

BONO
REI PVB

Descripsi. Dedit item Augelluzzius.

451 [=189] Eboli in turri campanaria ecclesiae parochialis S. Mariae ad intra.

<p><i>in latere:</i></p> <p>PRAEF ET DO /ITENTI FL DELMA TIO V P CVRISIV/</p>	<p>L . D</p> <p>T · FL · T · F · FAB · SILVANO · PATR · MVN EBVR · II VIR · II QQ QVEST · ARK · CVR sic REI · FRUMENT · HVIC · COLL · DEND 5 R'OPHORR · OB EXSIMIAM ERGA sic SE BENIVOLENTIAM ET SPEM PER PETVAM STATVAM DIGNISSIMO PATRONO POSVERVNT CUIVS STA /VAE HONORE CONTENTVS OB 10 TVLIT COLL · SS · HS VIII M N VT QVOD ANNIS NATALI EIVS DIE III IDVVM DECEMBR CONFREQUENTENT V////B STATVAE D/ DICATIONEM COLI//////// HS XX N ET QQ II VIR AEDILIC · S//////// N ET CETE 15 RIS · CONDEC · SING · HS ////////// ISS AVGV/ TALIB · HS · XII N COLL DEND /OPHOR ET FAB · SING · HS · MILLENOS N ET EPVLVM PLEBEIS · SING · HS · ////////// N ET VISCERATIONEM</p>	<p><i>in latere:</i></p> <p>DEDICATA · V · KAL · APRIL //NO II VIR C STLACCI VAI/// /T CN · BRINNI · STEIANI</p>
---	--	--

Descripsi ego, recognovimus ego et Kaibel. Mannelli ms. 2, 222 male et imperfecte, finiens v. 9 in CONTENTVS; Lupoli opusc. p. 254; Guarini comm. VIII p. 13 cf. comm. VII ed. 2 p. 35. Henzen 7145 ex ed. 1.

Multos errores in hoc titulo difficillimo exscribendo commissos esse neque miror neque vitupero, sed aegre fero fallacem Lupoli indolem, qui vulnera celavit lapidemque foede interpolavit. Cuius ne ingenium ignores, en vv. 13. 14. 15 ex eius recensione: |DEDICATIONEM·CONTVLIT·HS·XXX·N·II| QQ·II·VIR·AEDILIC·SING·ET·LIBE |RIS·EOR·DEC·SING·HS·XX·N·VI·VIRIS·AVGVS|. Fraudem detexi Bull. 1847. p. 119. Guarinii exemplum etsi non satis emendatum, tamen ab interpolatione immune est. — 12 non plus quattuor litterae deficiunt. — 14 AEDILIC·SS////////ET Kaib. — 15 idem legimus Kaibel et ego; *singuliss* Henzenus; ego antea proposueram *seviriss*. Quod infra dedi, et ipsum parum certum est. — Inscriptio quae in sinistro latere intuenti cernitur multo posterioris aetatis est et lectu difficillima. Ante PRAEF nullae litterae videntur fuisse.

L(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum). T. Fl(avio) T. f. Fab. Silvano patr(ono) mun(icipii) Ebur(ini) (duum)vir(o) (iterum) q(uin)q(uennali), quest(ori) ark(ae), cur(atori) rei frument(ariae). Huic coll(egium) dendrophor(orum) ob exsimiam erga se benivolentiam et spem perpetuam statuam dignissimo patrono posuerunt. Cuius sta[t]uae honore contentus obtulit coll(egio) s(upra) s(cripto) sestertium) VIII m(ilia) n(ummum), ut quod annis natali eius die III iduum Decembr(ium) confrequentent; ut et ob statuae d[ed]icationem coll(egii)? patr(onis) sing(ulis) (sestertios) XX n(ummos), et q(uin)q(uennaliciis) (duo)vir(aliciis) aedilic(iis) sing(ulis) sestertios) XX n(ummos), et ceteris condec(urionibus) sing(ulis) sestertios) [n(ummos) XVII]IS, s(ingulis) Augu[st]alib(us) sestertios) XII n(ummos), coll(egii) dendrophor(orum) et fab(rorum) sing(ulis) sestertios) millenos n(ummos), plebeis sing(ulis) sestertios) . . . n(ummos) et viscerationem. — Dedicata V kal. April. [anno II vir(um) C. Stlacci Valentis? et Cn. Brinnii Steiani.

In latere quod cernitur pertinet opinor ad inscriptionem quarti lateris hodie latentis, sed quod item scriptum esse dicunt. Videtur autem fuisse sic fere: *praef(ecto) et do(mino) nitente (id est insistente) Fl(avio) Delmatio v(iro) p(erfectissimo) cur(atore) [e]i[us], rei publicae opinor quae inscriptionem primariam dedicaverit.*